


CHRISTOPHORI
CLAVII

BAMBERGENSIS
E SOCIETATE
IESV

EPITOME ARITHMETICÆ
*Practica nunc denuo ab ipso auctore
recognita.*



PERMISSV SUPERIORVM
ROMÆ Ex Typographia Dominici Base. 1585.

LECTORIS. 3



V M omnis me Mathe-
maticarū rerū cogni-
tio delectat, tum vero
ex Arithmetica tracta-
tione incredibilem capio volu-
ptatem; idēq; nō solum ob eximiā
quandā eius dignitatem, sed etiā,
quòd sine Arithmetica, vt ego qui-
dem existimo, nulla scientia, vt
Plato audet dicere, neque ipsa ho-
minum societas possit consistere.
Plurima enim in mutuis commer-
cijs, cōuentisque, quibus fere hęc
hominū coniunctio continetur,
tempora incidunt, vt rationes ac-
cepti, & expensi reddendæ, repo-
scendæve sint, tabulæ conficien-
dę, numerus æqualiter, vel inæqua-
liter, certa quadam proportione
seruata, in plures partes diuiden-

In Epino-
mide.

N V M E R A T I O

I N T E G R O R V M

N V M E R O R V M

C A P. I.

Numeratio
quid.



NUMERATIO est cuiusvis numeri propositi per proprios characteres, ac figuras descriptio, atque expressio.

UT VNTUR autem Arithmetici decem characteribus, siue figuris ad omnium numerorum descriptionem, videlicet.

Decem figurarum numerorum.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 0.

quarum priores novem dicuntur significatiue. Quelibet enim illarum tot unitates significat, quotum ipsa locum in apposita serie occupat. Ut hac figura 6. significat sex unitates; quia sexto loco posita est: atque ita de ceteris. Decima autem figura, & ultima nihil per se significat, diciturque cifra; auget tamen significationem, ac valorem aliarum figurarum, ut ex sequentibus perspicuum fiet.

Quot loca sint in quolibet numero.

Prima figura, & ultima in quouis numero quae sit.

IN quolibet numero, qui pluribus figuris scribitur, tot dicuntur esse loca, quot sunt figurae siue significatiuae, siue non significatiuae: primusque locus, seu prima figura est, quae extrema est versus dextram; secundus vero locus, seu secunda figura est illa, quae proxime primam consequitur versus sinistram, atque ita deinceps: adeo ut ille locus,

seu